

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 208. Imposita pœnitentia, secundùm Theologiam Sanctorum,
peccatis ex adverso debet respondere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

canos, sub Edgardo Rege, can. 38. *jejunet tres annos, & in eorum quolibet 40. dies in pane & aqua.* Secundum Pœnitentiale Gallicanum apud Mabilionum tom. I. *Mutui Italici can. 14. annum unum.* Secundum Cumeanum l. de mensura pœnitentiarum à Patribus definita cap. I. primâ vice centum dies pœnitentia. Et iterans annum unum. Si cum gradu est, addatur pœnitentia.

2579 Quam ordinarium mortale sit blasphemia, & juramentum fallum vel juramento per caput Dei, per ventrem, &c. nemo non videt. *Quis enim non videt?* (ait Catechismus Romanus ad 2. Decal. præcept.) *omnis iurejurando affirmari?* omnia imprecationibus & excommunicatione refertur esse? usque adeo ut nemo ferè vendat aliquid, vel emat, vel negotium aliquod gerat, qui non jurandi religionem interponat. *Deique sanctissimum Nomen millies, vel in re levissima & inani temere non usurpet?* Atqui immensis est blasphemia (ait Concilium Moguntinum anni 1649.) *cum sanctum Nomen Dei, & salutaris Christi Panno, & devotus pro salute hominum Sanguis ejus, & reverenda Christi Sacramenta... ad execrationes & maledictiones assumentur.* Et ut Concilium Trecenne anni 1427. *Iunt nonnulli, qui Redemptorem suum surpiter inbonantes, detestabiles in ejus blasphemiam faciunt juramenta, sicut per carnem suam, per languinem, per mortem... per caput.... jurerant.*

Et tametsi blasphemia ista non videatur nisi secundi ordinis; de ca nihilominus in extracto S. Caroli sic habetur: *Si juraisti per capillum Dei, aut caput ejus, vel alio modo blasphemiam contra Deum uis fueris, si femei ne cibis fecisti, septem dies in pane & aqua pœnitentias.* Canone vero si quis per capillum 22. q. 1. sic habetur: *Siquis per capillum Dei, vel caput jura verit, vel alio modo blasphemiam contra Deum uis fuerit, si in Ecclesiastico ordine est, deponatur; si laicus, anathematizetur.* Et si quis per creaturam jura verit, accrimini cofigetur, & iuxta id quod Synodus dijudicaverit, pœnitentia.

Et Concilium Lateran. V. sub Leone X. c. 9. in foro conscientie, nemo blasphemie reus absque gravissima pœnitentia, severi Confessoris arbitrio injuncta, potest abolvi. Numquid talis est recitatio quinque decadum?

Denique cap. statuum de maledicis, de mortali blasphemia primi ordinis sic statuitur: *Siquis Deum, vel B. Mariam Virginem, vel aliquem Sanctum publicè blasphemaverit, pro foribus Ecclesie, diebus Dominici septem, in maneflo, dum Missarum solemnia agnunt, scit; ultimoque ea illis die, sine palio, & calcamenti, ligatus corrigia circa collum, septemque feris sextis in pane & aqua jejunet, Ecclesiam nullo modo ingredens.* Quolibet quoque predicatorum dierum tres, si potest, alioquin duos reficiat pauperes, five unum. Et si nec ad hoc ejus suscipiant facultates, id in penam aliarn commutetur. Præterea, ut ibidem dicitur, multandus est pena solidorum 40. si dives fuerit. Alioquin 30. vel 20. Et si ad id non sufficiat, solidorum, nullam in bonis misericordiam habebit.

2581 De perjurio in extracto S. Caroli: *Quicumque sciens peccaverit, 40. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœnitentia, & nunquam fit sine pœnitentia, & nunquam in testimonium recipiatur.* Siquis autem coactus, necessitate aliqua compulsius perjurium commiserit, 40. diebus pane & aqua viciet, ac præterea omnibus sexis feris. Siquis seductus, ignorans, & postea cognovit, pœnitentiam agat annum unum, quadragesimas tres, vel dies quadragesima.

2582 Clericus, si notabile furtum fecerit, septem annos pœnitentia, laicus quinque. Cap. *Siquis Clericus 17. q. 4.*

Siquis faciat devræxerit, saltamque in eo dixerit, pœnitentia erit dies septem in pane & aqua. In tract. S. Caroli.

De ebrietate & crapula ibidem: *Sacerdos imprudenter ebrius factus, pane & aqua pœnitentiam agat dies septem.* Si negligenter, dies quindecim. Si per contemptum, dies quadragesima.

Monachus ebrius, pane & aqua mensibus tribus. Si Clericus, viginti dies.

Qui humanitatis gratia alium inebriare cogit, pœnitentiam agat dies septem. Si per contemptum, dies triginta.

Qui pœnitentiam agat dies septem, si Presbyter, aut Diaconus, pœnitentiam agat dies quadragesima. Si Monachus, aut Clericus, dies trigesima. Si Laicus, dies quindecim. *Siquis gule causis ante horam legitimam jejunium frigerit, duos dies pœnitentiam agat in pane & aqua.*

Siquis nimis cibo se ingurgitaverit, & inde dolor senserit, unum diem pœnitentiam agat in pane & aqua.

Quid plura? Secundum veteres Ecclesie canones, pro qualibet mortali peccato, si fides Gratianus, Magistro, S. Thomas, S. Bonaventure, S. Raymundo, Scoto, S. Antonino, Vincentio Ferrerio, septennis pœnitentia foret regulariter imponenda. Et ita statuit in Synodo Nemorensi anno 1248. celebrata, efficerit in unaque hebdomada singulis feris 2. 4. & 6. jejunandum in pane & aqua. Quomodo id absque excessivo rigore Ecclesia statuit, si ad justam pœnitentiam, pro peccato mortali ordinario sufficiat quinque decadas recitatio una?

Ecce ergo quam immannis ab Ecclesia mente & praxi dictata praxis & doctrina Arsdekinus. Fatorum quidem Ecclesiam hodie ad tantum rigorem non obligare; sed non idem permittit Confessarius ab eo ex toto discedere: cum velit pœnitentiam imponi secundum gravitatem criminis. Si autem in moralibus parum pro nihilo reputatur, Arsdekiniana illi pœnitentia, canonice illi pœnitentia comparata, habenda est pro mortaliter nulla, & levissima (qualem pro gravibus delictis imponit Ecclesia vetat) moraliter ergo loquendo Arsdekinus ab antiquo illo rigore permittit ex toto recedere, contra Ecclesiam mentem, nec ad maiorem, sed contra maiorem Dei gloriam; ut & dum dicit, tantillam illam suam pœnitentiam credere non debere equaliter seu proportionaliter ad crescendum numerum peccatorum mortalium. Cum & supra relati canones & Sancti unanimiter docent contrarium, & S. Carolus Borromaeus in Intructo pœnitentia Sacerdotum moneat, ut in peccati gravitate dijudicanda, perpendant quoties communis sit. Nam si quis in eodem peccati genere sapienter offendit, dignus est qui graviori pena afficiatur. Recita etiam ratio dictat, pœnitentiam hanc esse proportionatam gravitati, multitudinique peccatorum, nisi incrementum multitudinis, gravitasque proportionatum sit incrementum pœnitentia laboris.

C A P U T C C V I I I .

Imposta pœnitentia, secundum Theologum Sanctorum, peccatis ex adverso debet respondere.

Sic namque Chrysostomus docet homil. 10. in Matthi: "pœnitentiam dico, non solùm à prioribus malis recedere, verum & quod magis est, bona præstare. Facite, inquit Joannes, fructus" dignos pœnitentia. Et quomodo id faciemus? si peccatis adverba faciamus. Verbi gratia, aliena rapuimus, incipe donare jam propria. Longo tempore torncatus es? præscripto tempore ab uxore abstine, meditare continentiam. Proxi-
mum vel verbo vel facto violasti? refer benefici-
tionis verba conviciis, & persecutientes te, nunc." omissis

“ officiis, nunc etiam beneficiis placare contendere.
“ Neque enim vulnerato sufficit ad salutem, tan-
“ tummodo spicula de corpore evellere, sed etiam
“ remedii adhibere vulneribus. Delicia ane, & re-
“ mulentiā diffuebas? jejunio, & aqua potu utrum-
“ que compensa.. Viditi impudicis alienum deco-
“ rem oculis? feminam jam omnino non videoas,
“ majore tactus cautione post vulnera. Decina,
“ inquit, à malo, & fac bonum, &c.

2588 Sic etiam S. Carolus Borromeus in Instruct.
Confess.: faciat, ut imposita poenitentia peccatis
respondat. Ita pro peccatis luxuriae injungantur
jejunia, vigiliae, peregrinations, cibicii usus, a-
liaque hujusmodi corpori macerando propria-
“ Pro avaritia peccato, prater debitas restitu-
“ tiones, eleemosynae pro cuiusque facultatibus im-
“ ponantur. Sananda superbia, alisque peccatis
“ spiritualibus, oratio adhibetur, quā coram Deo
“ vires & vigor acquiruntur, quibus his peccatis
obliviscatur. Pro negligencia rerum christianarum,
“ quas ignorant, conciones audiant, & per aliquod
tempus doctrinæ christianæ scholas frequentent.
“ Indevotis & tepidis juvabit imponere, ut Ecclesias,
“ divinaque Officia oraturi sacerdos audeant,
“ multasque usurpent orationes. At vero Bla-
“ phemis, & sacrificiā lingua in Deum & Santos
petulantia maledicis, poenitentias graves, & dif-
ficiles injungent, quæque culpa gravitati re-
spondeant. (Dic Arsdckine, sine talis quinque
decadum recitatio?) qua in re Canonibus sa-
cris, Pontificis Decretis, Concilio Lateranensi,
nostrorum Conciliorum Statutis sece confor-
mabunt.

2589 Et in Instruct. Sacram. Poenit.: injunget poenitentiam pro cauſa & persona ratione, ita ut
superbus, humilitatis opera; carnis voluntatem
sestantibus, jejunia, abstinuuntiam, cibicii getta-
tionem, aliamque corporis macerationem pro
peccati gravitate indicat. In oratione negligen-
tibus, ut singulis diebus, manè saltē & vef-
peri orationi vident, Feria secunda, & aliis certis
diebus, pro defunctis orent: certis item defi-
nitissime diebus devotū vident Stationes, & pæ-
cipiū devotionis Ecclesiæ, & altaria, præsertim
in Adventu, & Quadragesima. Mundi pom-
pas, choreas, aliaque opera farante confestan-
tibus, eam poenitentiam imponet, ut in hebdo-
mada, manè, certis diebus (id quod in singulis
dies etiam facienda est), gravissimè D. Chry-
stomus monit) sancta meditatione fibi propor-
tit, solemnem illam sponsionem, quam per
Compatres in Baptismo sancte fecerunt, redin-
tegerent, intime Deum preceando. In qua pre-
cratione, firmo, stabilique animi profposito,
flavat Christo. Domino adherere, renun-
tiaque iterum atque iterum sancti pompis,
operibus tenebrarum, & diaboli imprimis, cui
se adversarios esse, & professi sunt, & profiten-
tur perpetuo.

2590 Atque hæc quidem poenitentiae genera à san-
ctis Viris accepta, Ecclesiastique disciplina
Interpretibus, pro peccatorum ratione adhiberi
poterunt.

“ Ut poenitens vestium sericarum usu, auri
ornamento, conviviorum apparatu, venatione
aliquo tempore abstineat.

“ Ut egenitus hominibus cibum suppeditet,
ac mihiasset, pedes item laveret.

“ Ut peregrinus, pro facultatibus ratione, hos-
picio excipiat.

“ Ut in publica domo hospitali, locovè pio
aliquo dies operam navet.

“ Ut vifet qui in carcere sunt, eosdem conso-
letur, & cum per facultates potest, alat certo
præstituo tempore.

“ Ut se per aliquot dies in Monasterium ali-

Tom. III.

quod, aliumvè semotum locum, abdat, ubi poe-
nitens vivat.”

“ Ut aliquot diebus carne, aut etiam vino ab-
stineat.”

“ Ut certis diebus, præscriptim feria quartâ, sex-
tâ, & sabbato jejunet.”

“ Ut etiam vefatur solūm pane, & aqua po-
tu utatur.”

“ Ut certo aliquo tempore non equitet.”

“ Ut, si facultates suppetunt, certam pecuniæ,
aut frumenti, aut vini quantitatem, in eleemo-
niam Christi pauperibus conferat.”

“ Ut genibus flexis, aut etiam brachis extensis
in modum crucis, certo tempore & horâ præ-
finitâ, ante crucem, aliamvè sacram imagi-
nen, in Ecclesia oret.”

“ Ut humi aliquando jaceat, cubetvè.”

“ Ut flagella certis præscriptis diebus fibi adhibeat.”

“ Ut cibicum aliquot dies induat.”

“ Ut religiosam aliquam peregrinationem sus-
cipiat, sanctèque conficiat.”

“ Ut statuos Psalmos Poenitentiales, aliasque
poenitentiales preces pè reciteat aliquot dierum
patio.”

“ Ut certas Ecclesiæ, puta Stationales, & pæ-
cipiū devotionis vident. ” Haecenū S. Carolus.

Rituale quoque Romanum tit. Ordo ministr. 2591
Sacram. Poenit. injungi vult poenitentias peccatis
contrarias: Sacerdos caret, quantum posse, ut con-
trarias peccati penitentias injungat, veluti avaris
eleemosynas, libidinis, jejunia, vel alias carnis affi-
ctiones. Quod & dictur in Catechismo Romano,
variisque Conciliis, Coloniensi anni 1230. a. 8.
Nemhausen anni circiter 1284. tit. de poenit.
Oxonieni anni 1287. Moguntino anni 1549. Os-
nabrugeni anni 1628. cap. 17. §. 8. pro peccato
luxuriae jejunium & continentiam, &c. sive ut
Joannes de Burgo in pupilla oculi cap. 1. opera
carnis afflictiva, ut jejunia, vigiliae, discipline,
cibicum, lectus durus.

Et meminerit Confessarius, impudicitis obno-
xios raro curari, nisi poenitentia nonnulli seve-
riori. Quemadmodum cuim anima, qua libera
est, in suo erga Deum officio uptrurimum non
continetur nisi amore; sic caro, qua serva est, in
officio, more servorum, uptrurimum non conti-
netur nisi timore. Propter quod Regius Psaltes
ait: configit timore tuo carnes meas. Et idē natu-
ra hominibus pudorem & verecundiam indidit,
passiōnum concupiscentiū repagulum, quod nul-
lus unquam pretumpere potuit: verecundiam nam-
que naturali habent provisam lupanaria ipsa (ait
Augustinus l. 14. Civit. cap. 18.) faciliumque po-
tuit impudicitia non habere vincula prohibitionis,
quam impudentia non habere latibula illius fuditatis.
Sic bane etiam ipsi turpes turpidinem vocant,
eius licti sint amatores, ostentatores esse non au-
dent. Atqui naturalis ille pudor verecundiaque
non est nisi infamie timor. Unde dum impudici
homines timorem istum excutere possunt, quæ-
rendo tenebras, & latibula sua fuditatis, uptrurum
non supererit, nisi timor severa poenitentia
quo veluti sceno cohiberi possint.

Quamvis ergo Confessarius primò ipsis incutere
debet timorem inferni, difficitque iudicij Dei:
quia tamen iusti modi homines, ipsis (utpote non
præsentibus, sed futuris) parum concuti solent,
corumque metum ipsi plerisque excutit
præsumptuosa spes tum longioris vita, tum inferni
supplicia evadendi per confusione, leuem
que peregrinacioni, vel modicam eleemosynam,
fibì à Confessario imponendam, in caue spe ip-
pos fovet molior praxis poenitentialis plurimum ho-
die Confessiorum: ali franco contineri debent
in officio, timore utque severa poenitentia.
Quam proinde Confessarius zelatus & prudens

Ffff

ipis debet injungere, & talem, quæ faciat ipsos
affici sensu gravitatis feeda libidinis sue. Qui
enim secus faciunt Confessarii, in causa sunt,
quod impudici homines, ex levitate penitentia,
peccat. Iua leviiora reputantes, eorumque proximis
de gravitatem non sentientes, in eadem, vel gra-
viora relabuntur. Talis itaque penitentia est ipsi
injungenda, ut sentiant tam difficile esse à peccata
isto resurgere, quam facile in illud cadere, ex-
perianturque verisimum esse, quod pius è Societate
Theologus, Paulus Zchenner in suo male-
spí Promotorio l. 3. §. 2. dicit: *gemmaula ista
caelestis gratie, cuius jacturam facit impius ve-
nator libidinis sue, timet recuperari sibi, non tam
obvenit, nisi multum fidanti, & gementi, & ad-
lenti, & deprecanti, &c.*

²⁵⁹⁴ Nec zelus & vigilans Confessarii solam esse
debet, ut injuncta penitentia serviat ad Deum pla-
candum pro peccatis præteritis, sed & ut præser-
vet a futuri, cum in finem ipsi præscribendo
(prater jejuna) elemosynas, orationes, pias
confiderationes, frigam occasionum, humilitati-
que & misericordia opere, seu opera pietatis ad
impetrandum donum castitatis, extinctionemque
fæciæ cupiditatis.

²⁵⁹⁵ Et quia tanto gravius peccat infamis venator li-
bidinis sua, quamlibet majoris est dignitatis, tanto
severior ipsi penitentia injungenda est. Ita Concilium
Nimociense (in Cypri) anni 1298. cap. 4.
Et Concilium Anglicanum (sub Edgardo Rege)
circa annum 969. tit. de Confess. a. 3. quia ut
Chrysostomus ait de Sacerdot. "offendere volens
Deus hominum peccata longè majori suppliciis
expiare, dum à Sacerdotibus, quam dum à
privatis fiunt, mandat (Levit. 4.) ut tantum
dem à Sacerdotibus, quantum pro univerlo po-
pulo, Sacrificium offeratur. Quod quid aliquid
significat, quam Sacerdotis vulnera majori me-
dicamento atque auxilio indigere, atque adeo
tanto, quanto conjuncta simili univerli populi
vulnera indigent. Porro majori nequaquam in-
digerent, nisi cagraviora forent. Atque gravi-
ra certè fiunt, non natura ipsa, sed Sacerdotis,
qui ea committerit, conditione & dignitate." Et
ideò Presbyter, in fortificationem lapso, veteres
Canones penitentiam decem annorum, Episco-
po vero quindecim annorum imposuerunt. In
extracto S. Caroli ad 10. præcept. si Episcopus con-
cupisit fornicari, penitens erit annos septem. Si
Presbyter, annos quinque. Si Diaconus, aut Mo-
nachus, tres: è quibus unum in pane & aqua. In
extracto Reginonis l. 2. c. 250. Presbyter, si oculi
fuerint feminam, per immundum desiderium
sensualitatis ex ipso oculo, non autem fornicatio-
nis (aliis penitentia debet quinque annis, ut pro-
xime dictum est) viginti dies peniteat.

CAPUT CCIX.

Penitentiam gravem, pro mortalibus à Confessa-
rio imponam, penitens suscipere & implere
tenetur sub mortali. Imò si pro iis leviorem
Confessarius imposuerit, penitens ad amplio-
rem peragendam obligatur.

²⁵⁹⁶ R atio prioris partis est, tum quia una ex con-
ditionibus bona confessionis est ut sit parere
parata, id est facta animo parenti judicio ac sen-
tentia Confessarii. Tum quia obediendum est omni
Superiori legitimo præcipienti: obediendum
proinde Confessario tanquam legitimo Judici: ac
per consequens legitimo Superiori. Tum quia, cum
penitentia imponenda sit secundum legem Dei &
Ecclesiæ, sicut eam Judge sacramentalis lege di-
vinâ tenetur imponere; sic & reus suscipere ten-
etur & implere. Itaque si suscipere renuit, vol. si ex

negligentia omisit, cum proposito non faciendo id
quod sibi est injunctum pro mortalibus, mortaliter
peccat, ait S. Antoninus 3. p. tit. 14. c. 18. §. 19.
Ita etiam D. Bonaventura in 4. dist. 16. q. 1.

Hinc sequitur primum, absolvendum non esse,
qui justam penitentiam non vult suscipere. Cum
abolivi negqueat, qui in ipsofect sacramentali judi-
cio mortaliter peccat. Et qui si affectus est, ut ha-
penitentiam agere nolit, sed fari pati in purgatorio,
non est purgatori peccatis expiandus, sed perpetuo
infernī igne concrendanus, ut docet S. Caius
hom. 37. quæ nunc est in Appendice sc̄m. Au-
gustini sc̄m. 104. Vide supra num. 1224.

Sequitur secundum, falsissimam esse penitentiam,
qua dicit, nullam satisfactionem imponendam
penitentem, cuius-tanta est imbecillitas, ut nullam
sit acceptatur. Si enim nullam sit accepta-
turus: non est debitè contritus. Recēde proinde
Gaspar Loart è Soc. Iesu (a S. Carolo Borro-
mæo Act. p. 4. commendatus) Instruc. Confess.
cap. 9. si Confessarius tolerabilem impugnabit pa-
nitentiam, nec tamen eam penitentis admiserit, me-
jusque aliqua ex causa recusaret, est quidam pu-
tant, nibilominus absolvendum, ne desperant ab-
eat; ego tamen non absolvendum judicarem. Quia
qui sibi affectus est, ad absolutionem consequendam
non est dispositus, eritque melius, ut male contem-
tus, quam deceptus abcedat....

Sed tamen non videtur sibi posse facere, vel nimis
difficile (ait S. Antoninus loco citato) propter
quod petat sibi compitari, faciat Confessarius ut
dictum est cap. 205. §. 4.

Ratio posterioris partis est, quia cum ex lega
divina peccator teneatur ad dignos penitentiam fructus,
li eos Confessarii non praescribat, agit
contra Evangelii vigorem, contra Domini ac Dei
legem, ut Cyprianus dicit. Non ergo sententiam
Confessarii tunc acceptat Deus. Sicut enim Deus
accepte non sunt absolusiones omnes suorum Lo-
cumtencentium: ita nec omnes penitentiarum im-
positiones. Per talen proinde sententiam Confess-
arii, penitens non liberatur ab eo, ad quod di-
vinâ legi teneatur. Unde meritò sanctus Thomas
quodib. 3. q. 13. a. 1. peccator est debitor aliquis
latisfactionis dupliciter. Uno modo, ex injunctio
Sacerdotis. Alio modo ex peccato commissi: unde,
si contingat quod Sacerdos minus satisfactionem
imponat penitenti, quamvis illa, ad quam obligatur
ex quantitate sui peccati, subtrahit ex qua remis-
titur virtute clavium, & contritionis precedenti,
nihilominus penitens ad aliiquid alterius obligatur.
Quod si in hac vita non perficiet, in purgatorio ex-
solvet. Ad quod tamen solutionem voluntari
differe, cit contra legem charitatis propria, nec
minus infamum, quamvis curari non valens à
morbo letalib, nisi vena apertio, vel brachii
abscessio, secundum voluntari eligeret. Con-
fer quæ dixi cap. 94. Nec te movent, qui con-
tra hæc allegantur a Suarez, Meratio, & aliis.
Quia nullus sunt momenti, nec sat conformia
sacris Litteris, nec Theologia Sanctorum. Cui
inhærens Jacobus Cardinalis de Vitriaco sc̄m. 3.
de Evangelio Domini, in Alibi: Si Sacerdos (in-
quit) pro jejuno unius diei ab omni pena crimi-
nali absolvit, non approbat in Curia celesti,
sed tam Sacerdos, quam illæ quæ indolenter patet
absolvere, in foveam cadunt. Illi residuum peni-
tentia in purgatorio supplebit, & Sacerdos pro
indolentie penitetur. Ita si talen Confessarii
peccator ex proposito querit, qui levissimam peni-
tentiam pro gravissimi peccatis imponit, ambo
cadunt in foveam inferni. Vide quæ circa hoc
dixi cap. 205. §. 2. & 3. Vide etiam tractatum
sacerdotalem (quem Stephanus Episcopus Posna-
iensis, ab omnibus Pastoribus suis habet, & ob-
servari voluit) cap. de Sacram. Pœnit. ubi con-